UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De s[an]cta Crispina v[ir]gine [et] mar. Cap[itulum] xxxi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

¶ De ſancto ſabba abbate. Cap. xxix.

Sabbas abbas ex ꝓuīcia capadocie ciuitate mutalapns pr̄e iohāne: matre ſophia: claris ex xp̄ianis originē traxit. xvij. theodoſij imperatoris anno. Dū autem pater eius militaturus cum vxore alexandriaꝫ pergeret: filium paruulū hieremie fratri commēdauit. Quē dū vxor illi⁹ inuite cōſpiceret: puer relicto ſeculo occulte patruū deſerens: et ad monaſterium quod dicitur ſcando fugiens: ab abbate gregorio ſuſceptus eſt ⁊ monachus effectus: qui ni oī ſanctitate viuēs: etatis proceſſu ſumma preditus abſtinentia cepit etiam clarere miraculis. Interqꝫ dū tempore hyemali piſtor veſtes lotas ſiccandas in furno adhuc calido poſuiſſet: ⁊ oblitus ipārum clibanū pro pane coquēdo ex incuria accendiſſet: deinde recordatus veſtium damnū ſuum defleret. Sabbas compaſſione motus furnum ingreſſus accenſuꝫ illeſas veſtes illeſus eduxit. ¶ Poſt hec perrexit ad heremū ad geraſimum abbatē: vbi multa diaboli figmenta ⁊ certamina ſuperans dudum manſit. Deinde veniens hieroſolymam ſibi locellū edificauit: ⁊ ſacra loca quotidie ꝑluſtrās ad locellum redibat cōtemplationi vacans. ¶ Die quadam apud eccleſiam ſancti iohannis baptiſte mulierem dudum fluxum ſanguinis paſſam ſanam effecit. Quendam etiam a demone obſeſſum liberauit. Et cum ſiccitas nimia populum vrgeret: adeo vt neqꝫ in puteis neqꝫ in foueis aqua reperiri poſſet: ⁊ ex hoc ciuitas periclitaretur: fodientibus ciuibus in locis plurimis ſi forte aqua alicunde prorumperet: oratione ſancti pluuia largiſſima noctu deſcendit: que foueas ⁊ ciſternas repleuit: oēmqꝫ populū ſatiauit. Sicqꝫ multorū ſignorū gloria clarus virtutibus pollens: ſub iohanne archiepiſcopo quieuit in pace die ſabbati noñ. decēbris anno dñi. cccccxxiiij. ſepultus hieroſolymis inter duas eccleſias: cuius corpus inde ꝓceſſu tēporis venetias delatum: quieſcit in eccleſia ſancti antonini martyris.

¶ De ſancto Baſſo ep̄o ⁊ martyre. Cap. xxx.

Baſſus epiſcopus ex nicea ꝓuincia dum xp̄m predicaret a perennio perſide detentus ⁊ ad deorum ſacrificia inuitatus: cum idolis immolare contēneret: primo in equuleo ſuſpēſus ad diutius tortus eſt; deinde laminis ardentibus circa latera appoſitis excruciatus ieſuꝫ chriſtū dñm maiori cōſtantia profitebat̄. Quapropter in equuleo leuatus fuſtibus ⁊ ſcorpionib⁹ preſidis iuſſu diutiſſime ceſus eſt. Poſt hoc depoſitus ad ſtatuas deorum ligna ꝓ ſacrificio portare compellit̄: data ſentētia: vt ſi nō ſacrificaret eodem igne conſumeret̄: qui dū ſacrificare cōtēneret in ignem miſſus: ſed in eo dudum manens illeſus educitur. Sicqꝫ a preſide ad inuicē nicee prouincie deſtinat̄ cum litteris ſibi mādantib⁹ vt baſſum: aut ſacrificare compelleret: aut excogitatis ſupplicijs perimeret. Sed duꝫ a iudice ſuaſus ſacrificare nollet: fabricatis duobus clauis ad menſuram longitudinis corporis eius: eiſqꝫ a plantis pedum per medium corporis vſqꝫ ad verticem confixus in xp̄i confeſſione emiſit ſpiritum noñ. decembris tempore decij ⁊ valeriani. Cuius corpus a chriſtianis in Nicea ciuitate ſepultum eſt.

¶ De ſctā Criſpina ꝟgine ⁊ mar. Cap. xxxi.

Criſpina virgo in aphrica apud coloniā thebeſtinā tp̄e Diocletiani ⁊ maximiani imparoꝝ: cū ſacrificare nollet iuſſu anolini ꝓconſulis decollata eſt: ibiqꝫ ſepulta noñ. decembris.

¶ De ſctō Dalmatio ep̄o ⁊ martyre. Cap. xxxij.

Dalmatius martyr ⁊ ep̄s de italia oriūdus p̄re ſenatore dū xp̄ianus eſſet occult⁹ oīa deſerēs ad albā ciuitatem deuenit: ibiqꝫ xp̄m predicare cepit et miraculis clarere: ad quē quidam valentianus magiſter militū de rauēna veniens eius audit̄ fama ꝓ filio ſuo graui infirmitate detento ſupplicare cepit: orationeqꝫ fuſa ſanctus filium liberatum eidem nunciat: quod ille repatrians dum verum eſſe cognouit ad dalmatium rediit: et conuerſus ad chriſtum ab eodem cum filio baptiſmum ſuſcepit. Iterumqꝫ ad propria remeans ⁊ chriſtum annūcians miraculi teſtimonio multos ad fidem conuertit. deinde dalmatius angelo duce ticenum veniens dum flumē ſine ponte vel naui ab angelo in momento trāſuectus multis coram poſitis tranſiuiſſet: populum multum conuertit ad chriſtum. Ibiqꝫ conſtitutus epiſcopus predicationis officium fideliter perficiebat: deinde ad gallias tranſiēs: plurimos infideliū chriſtianos effecit. Et poſt hec reuelatione diuina: dum ad ſuā rediret eccleſiam iuxta flumē ticeni ab infidelib⁹ captus et in cerebro gladijs percuſſus per martyrium migrauit ad chriſtum. Sed dum corpus eius exanime ſtaret: nec dudum cecidiſſet viſo miraculo multi ex infidelibus conuerſi ſunt. Sepultuſqꝫ eſt ibidem miraculis clarus. Paſſus eſt autem die noñ. decembris.